Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Non se illis omnino committeret. Nec si peregrinus ecclesiae castha
giniensis subito. esset. eps ordinatus. et ignoraret quid ad cor
rumpendos animos uel improborum uel imperitorum posset.
Tunc pecuniosissima mulier lucilla quedam quam pro disciplina eccle
siastica corripiendo idem cum. eet. diaconus laeserat. et iam
hoc enim accesserat malum ad illam perficiendam iniquitatem.
Nam in illo concilio ubi a confessis traditoribus absentes atque
innocentes damnati sunt. pauci quidam erant qui crimina sua
infamatis aliis tegere cupiebant. ut homines a ueritatis inqui
sitione auesterentur falsis rumoribus auocati. Pauci ergo
erant qui hoc negotium maxime curabant. quamuis in eis. eet.
maior auctoritas. propter ipsius secundi sociatem qui eis pep
cerat territus. Ceteri autem lucillae pecunia maxime aduer
sus caecilianum empti et instigati perhibentur. Exstant gesta
apud zenophylum consolarem. ubi nundinarius quidam diac.
a siluano cistensi epo. quantum ipsis gestis intellegitur degradatus.
cum eis satisfacere per aliorum episcoporum litteras frustra cona
tus esset. multa patefecit iratus. et in iudicium publicum protulit.
Inter quoq: commemoratum legitur. quod lucillae pecunia corruptis
eps in castha ginensi ecclesia. in africae capite altare contra
altare leuatus est. Scio quod haec gesta uobis non legerimus.
sed tempus non fuisse meministis. Inerat etiam nonnullus dolor
animi de thrpo superbiae ueniens. quod non ipsi ordinauerant
casthagini epm. Quibus omnib; rebus cum eos non uero iudices
sed inimicos atque corruptos caecilianus conuenisse cognoscere.
quando fieri posset ut uel ipse uellet. uel populos cui presedebat
permitteret. ut relicta ecclesia iret in domum priuatam. Non colle
garum discutiendos examine. sed factionis cum eo et odiis mulie
bribus trucidandos. Cum sibi presestim uideret apud ecclesiam
traens marinarum. priuatis inimicitiis et abutraeq: parte